



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legatvs Apostolicvs, Sev Concionvm, De Iohannis  
Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaqué peccata  
Herodis, Libertate, Notae**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1612**

Echo Concionis VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56132](#)

bus constitutus, anticipationis argumento, voluntatem peccandi possit retardare, quod non accidit habenti domi suam Herodiadem.

Denique, locorum distantia, mora itineris possunt, propter magnam illam humanę voluntatis mobilitatem, nonnunquam efficere, ut malum non fiat, quod constitutum est: *Differ, habent paruae commoda magna more, atille.*

*Quisquis domi Herodiadem suam habet, mōx ut voluit, fecit dictum, factum.*

*Draco iraq; Athenieum legislator optimē quoque, quin statuit, curatorem, cum pupillorum madre non habitare.*

*Fuga opus est, victoriam peccati carnis adfectanti. Nero fissimē igitur Iohannes, cum dixit, Non licet ti- bi habere uxorem fratris tui.*

*Felix qui eadem ausit, & sic possit.*

*Sed Iohannes Phoenix fuit, non modò viuendi ge- nere, sed & dicendi. Conemur tamen qua possumus, i- mitari, ac sequi vel a longè.*

*Est aliqua prodire tenus, si non datur ultra.*

*Si æquare, nedum superare, non possumus; saltene vestigij insistamus.*

### ECHO CONCIONIS VI.

**T**H E M A. *Cum autem corriperetur Herodes ab illo, de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, que fecit. Luc. 3.*

*Facta repetitione visitata, sic propositum,*

- Dicendū      {  
 1. Iohannem Bapt. fuisse Concionatoribus op-  
 timū;  
 2. Unde potuerit Iohannes, homo tam solita-  
 riū, omnia Regis peccata tam distincte re-  
 scire;  
 3. Quæ singulariter peccatis poteriorum acce-  
 dent. A V E.

I 3

I. Iohan-

*Iohannem Baptistam fratre in Concionatoribus optimum.*

Vt Cicero Latinorum Oratorum, Virgilius Poetarum  
Princeps extiterit; sic Iohannes noster (Auditores) Con-  
cionatorum fuit; sed & quorundam, pari cum illo via  
processerunt aut procedunt, videntur mihi in opti-  
morum Concionatorum classe numerandi.

In omni enim rerum genere, illa omnino optima  
putantur, quae optimè finem, propter quem sunt, con-  
sequuntur.

Sed Iohannes horum venerat, ut pararet Dominus ple-  
beis perfectam, ut faceret aspera in vias planas, & populo  
bearct in Cælo & in Terra, vel potius beatitudini ap-  
tarerit.

Et nos quoque tendimus huic omnes, aut huic diuinis  
tus instituti sumus.

*Aaspera autem in vias planas non sunt melius, nequæ  
compendiosus peccata de medio populorum euelli-  
tur, quam Seueritate, Acrimoniam & Ordine, post uia-  
Sanctitatem, quam in Iohanne suminam fuisse, à pos-  
sumis retro diebus, copiosissimè ostendimus.*

Iohannes aut & acriter & ordinatè processit. Ergo  
An non Sal illud optimum, quod maxime falso &  
mordax, ad putredinem iam subortam sistendam,  
arcendam illam quæ possit suboriri?

Lima nonne quo mordacior, hoc melior? Rubig-  
nem enim, quæ debet, talis faelius pleniusq; deterge-

Gladius ferreus an non aureo melior hoc adspicit?  
Non enim ut diuitem faciat eum, qui illo virtutis  
diu inuentus est, sed vel ut defecat ab hoste, vel hostem  
offendat; utrumq; autem melius ferreo, quam auro  
consequimur. Ergo, verè illa meliora, quæ prius  
suum finem. Seueritate verò acrimoniam; cōcionū plus  
emendari, quæ blanda indulgentia, quis nesciat?

Aquarum ad lotionem optimæ, quæ amaris  
(vtrum heri ex Aristotele docebamus) ut contra ad potius  
nem optimæ quæ dulcisimæ.

Iohannis autem acrimoniam videte nunc mecum  
Prima vox cius de Pœnitentia, & de Pœnitentia.

nis fructibus fuit. Altera de securi ad radicem posita.  
Deinceps genima vi perarū hos & illos appellat.  
Nullius qualiacūq; peccata dissimulabat, nō Regis adulterū, non reliqua eius mala: neminem intactum, si peccater, relinquebat. Alta illi cum hominibus ipsi pax, bellum cum vitijs acertrum.

Ordinem verò quo procerſit, quis non puteat longè optimū? A minimis, ad maximos peruenit, s. per gradus, ab imis ad summa. Cū benē Publicanos, milites, meretrices &c. corripuiſſet, tandem in ipsam quasi peccati arcē, ad ipsum Regem peruaſit, Herodem de Herodiade corripuit, dicens Non licet tibi habere &c.

Canem primum coram Léone verberauit, vt est in prou. Ut populi ita secum argumentarētur; Ita Reges flagellat Baptista? Ita cum illis nihil dissimulat? ita Regibus non licent adulteria? &c. Vx igitur nobis homuncionibus.

Deinde, cum videret, quod sapè miseros facit populos peccatum, non tantum suum, sed etiam alienum, & maxime Regum (vt ex recensione populi, per Dauidem imperata, liquet, cuius occasione, tot hominum milia peste triduana prostrata sunt) sicq; ut est in prouer.

*Crus peccatum suis dependit, &c., patres comedunt vuam a-  
cerbam, & dentes filiorum obſtupescunt;*

*Horat.*

*Quidquid delirant Reges, plectuntur achiui.*  
Cum deniq; intelligeret, de corrupto aut correcto Rege, totam populi vel salutē vel ruinam pendere, recte bonoq; ordine (vt compendio totam Iudeam reformater, vt folidissimum illud Augie stabulū purgaret, & viam Domino bonus p̄ecut̄or pararet) ad Regē Herodem, totamq; eius Curiam ferid incre-  
cula, ad

Ad radicem portus, quā ad ramos singulos putauit securim conferendam, si vellet arborei illam peccati facto, tolli, que sic totam Iudeam obumbrabat.

Ad Regem, & ad Regiam, quasi ad totius mali & scandalorum fontem, non ad exiguos riuulos aut plebeculam, putauit obices aggeresque omnes suos cōfendos.

A plebe-

cula, ad

translitu-

facto,

caput

Si cuius fluminis multiplicitis varia ostia aut variuli, agrum, messem, pastumque omnem sternet, velles autem pro viribus, inauditionem illam latissimam coercere; an ad riulos singulos obicitos claudendos te conferres operam multam perditus, an verò ad alueum ipsum ac fontem, vnde tota illa via aquarum erumpit?

Hocstem latè depopulantem vis breui superari: at cem ipsam, & bellum sedem inuade. Exercitum uno gladij iactu vincit: cum Iuditha caput capitum, id est Holofernum pete, & obturca. Capita papauerum decutens olim Tarquinius Superbus id signabat.

Hominem vis citò morit: caput tantum & corpore. Regnum & regiones vis ad bonam frugem redire aut Abbariam? Reges reforma.

Frustrà fecerit sapiens per plura, quod facere possit per pauciora.

Regnum peccati per omnem Iudeam volebat Iohannes eueriti? Vno velut iactu totum radicis: subuertebat, Regiam Herodis corruptissimam, & Regem ipsum machinis acrium reprehensionum quatiendo, & dicendo, Non licet tibi &c. & corripiendo de omnius malis que fecit, tam priuatim, & domi, quam publico militia & forti.

Integros & rotos populos simul & semel sanat, qui Regem unum sanat.

Non calicem unum, vni sanando propinat, sed publicum fontem salutiferum facit, qui Regem beatum instituit.

Vt maius malum est, publicum fontem, ex quo omnes aut bibunt, aut cibis coquendis haurient, quam unius poculum inficere; sic latius patet bonum est, Regem, quam quosuis è plebe refomare.

Pro capitum bona aut aduersa valetudine, reliqua membra se habent.

Vt uno admisso absurdo, multa sequuntur absurdia & amissi aut regula, ad quam omnia diriguntur, re- curua manente, nil nisi curuum faber facit; sic mo-

Re-

Rege, in suo errore, derelicto, multorum errorum populorum consequi necesse est.

Fides, Moresque quilibet, facile popelli subeunt animos, tam magnus autoribus.

Bene formandi, aut reformandi Regis unius labor, Regis in ad vanum aut paucos pertinet quidem, sed fructus structio messi, que ad omnes redit.

Exemplo enim Regum in primis, tam hi quam illi bonum, publicum corrigitur.

Deinde a bene formatis Regibus, subditi habentur humanius.

Denique, diuinatus ob peccata Regum non seruntur &c. Itaque sapienter Plato in Siciliam ad Dionysium formandum nauigauit

Vide Pluarch tom. 2. moral. tract. quod sit philosophandam cum Regibus.

Item Mazarinum quandam scriptorem Italum in psal. 50. discursu 10. cap. 12. cuius loca notare potui Rome, legere autem omnino non potui.

Vt medicus prudens oculum sanare malit, qui pro multis videat, multosque custodiat; sic philosophus & Ecclesiastes bonus, promptior erit ad curandum animalium eius, quem pro multis procurare videt, & qui debet multis sapere, philosophari & iustitiam colere.

Hortulanus studiosius radicem, quam ramos irritat.

Peritus quoque aliquis aquæ inueniendæ & conduce ndit quod de Hercule, & multis veteribus narratur, non tam libenter in deserti angulo, in usum paucolorum, fontem aperire conabitur, quam fluviis perenniis, ad urbes illustres Romanam, Florentiam, Antuerpiam, aut in arces, horros, lucosue regios detinare. Vult scilicet, bonum suum esse sui maximè diffusum, & patere latissimè.

Ita & philosophus, aut Ecclesiastes publici boni studiosus, malit Rege uno auditore utri, quam populo vacandū alioqui multo, non ex ambitione, sed amplioris utri Concio litatis cupiditate, quæ unius illius reformationem natorib⁹.

est consequutura.

Qui Principem vel vnicum format, is simul ac se  
mel velut publicè, & coram toto regno philosopha-  
tur, in amplissima Academia; qui autem coram popu-  
li etiam grandi multitudine, is velut vnius aut pauco-  
rum puerorum est pedagogus; id est, Regis vnius  
bene sapienterque instituti utilitas ad plures per-  
niet, quam multis et populo æquè diligenter in-  
structorum.

Igitur Baptista noster Ecclesiastes sanè eximus,  
qui omnia in aduentum Christi reformaturus, Rege  
ipsum & Cutiam, quois Augæ stabulo sordidiores,  
conatus est perpurgare, corripiens Herodem non  
modo adulterij cum Herodiade, sed de omnibus etiam  
malis exteris que fecit.

Ergò quo Iohannes pede & ordine, illonos Eccle-  
siastæ etiam procedamus, audiamusque nonnunq[ue],  
**¶ Paral. 18.** quod Rex Syrus aliquando præcepit Ducibus equitatu-  
m, dicens; Ne pugnetis contra minimum aut contra maxi-  
mum, nisi contra solum Regem Israel Achab.  
Plerique tamen multi multò aliter. In plebeculame-  
nū & creberrima & vrgentissima fulmina torquent;  
in Potentes ne gry quidem, aut dumtaxat placenta.  
Itaque, quo loco sit Rcfspab. & Ecclesia videmus. Sed  
hæc alias.

## II.

*Vnde potuerit Iohannes homo tam solitarius omnis Regi  
peccata tam distinctè rescribere.*

Sed vestram fidem! an non miramini. Auditore,  
vndè, aut quæ Baptista hic noster, homo eremita, in  
terra deserta, & maximè inuisa, iam tot annos abditus,  
nulli pñè cognitus, quam sibi & Deo, nullumq[ue]  
pñè cognoscens, omnia hæc scire potuerit? Cum co-  
ripereatur Herodes ab illo de Herodiade, uxore fratru sibi  
& de omnibus malis que fecit, ait Euangelista.

Vnde enim tandem ille didicerat, Herodem Regem adulterum fuisse?

Vnde adulteræ nomen? Cum corriperetur fuit Lucas  
de Herodiade, non de anonyma quadā & sibi ignora-

*Vnde*

**Lue. 3.**  
Mirabile  
hominē  
Eremita  
multa tā-  
que di-  
stincte  
solite.

Vnde concubinam illam Herodis non fuisset libe-  
tam, sed coniugatam? De uxore alterius inquit corri-  
priebatur Herodes.

Vnde fuisset illam uxorem fratris Herodis? Cum cor-  
ripere ut de Herodiade uxore fratris. Dicebat enim; non li-  
ceri tibi habere uxorem fratris tui.

Vnde fuisset Philippi, cum Herodi alij quoque fra-  
tres essent?

Vnde, quæcetera Regis facinora? Nam Lucas ait, ab  
illo cortege Herodem non modo de adulterio,  
sed, & de omnibus malis quæ fecit.

[Luc. 3.]

Notat enim ille  
distinctissime

1. Adulterium; 2. Incestum; 3. Nomen proprium 4. Gradum affinitatis tis, est inquit v. 5. Totam Regis vitam, & eius (ut sic vocabem) legendam, plumbeam certè non aurea. Quidquid pec- cauit, arguit.	1. Adulteres 2. Marii eius; 3. 1. Adulteres 4. Gradum affinitatis tis, est inquit v. 5. Totam Regis vitam, & eius (ut sic vocabem) legendam, plumbeam certè non aurea. Quidquid pec- cauit, arguit.
---	---

Vnde tandem, Eremite huic rām distincta Regis,  
& rerum Curie maximarum cognitio?

Rimatus omnia, tandem putem, cognoscere po-  
tuisse, vijs, quas nunc ponam.

Scire hæc po-  
tuit Iohannes,  
vel

1. Spiritu Prophetie; 2. Visu ipso; 3. Confessione Regis publica, aut consul- tatione; 4. Delatione priuata vnius boni viri, vel paucorum. 5. Publica vulgi fama.	Scire autem potuit, vel 1. Spiritu Prophetie;
---	---

\* 1. Spiritu Prophetie, quo multa docentur Prophe-  
te, vel iam præterita ad reprehendendum, vel alioqui  
futura ni oblistereur, ad impediendum.

2. Reg. 12. Nathani Prophetæ adulterium ho-  
micius

micidiumq; Daudis iam satis pridem commissa, nec vlli adhuc cognita, Deus reuelare debuit profecto, & reuelavit, cum illum monitorem ad Regem destinauit.

Nec crimina dumtaxat ipsa reuelavit, sed & pleraque eorum circumstantias. Ait enim.

Ibid. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam vnum istud in confessu omnis Israël, & in confessu lis.

Et, Vriam occidisti, & quidem, gladio filiorum Ammon.

4. Reg. 1. Elias diuinitus iussus est occurtere nuncij Regis Ochozie proficiscentibus ad Beel zebub Dei Accaron, scitatum eius oracula, de Regis vel morte, vel conualescentia, & sic increpate : Numquid non Deus in Israël, vt eatis ad consulendum Beel zebub Deum Accaron ? Quansobrem hec dicit Dominus ; De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morie moriris.

4. Reg. Eliseus, Deo reuelante, didicit, Giezis etiū suum, à Naaman principe militare, itolas acceptissime, quas ipse Eliseus, antē sibi oblatas iam respexit, ut auatum castigarer.

Non videns, vidit Giezi fraudulentam auariam.

Iohan. 4. Samaritana ipsa vim illam in propheti agnouit, cum postquam Christus & quod mantes habuissent, & qualem nunc haberet, & quae hactenus ipsa gessisset, ipsi coram verissimè enunciasset) subdidit; Domine, ut video, Propheta es tu.

Huc facit, quod qui postea propheta dictus fuit, antē *Videns* adpellabatur (I. Reg.) quod multa alijs ignorata peruidirent.

Iohannes igitur homo plus quam propheta, spiritu prophetiae etiam potuit ista omnia, ad reprehendendum, peruidisse.

Sepè etiam in similibus, est Deus in nobis, agitant et lescimus illo,

Sedibus æthereis spiritus ille venit, cum Potentem pecca-

#### Ouidius.

peccata reprehendimus.

\* 2. V illu ipso, vel cum Herodes ipse ad Iohannem in deserto concionantem audiendum, cum ipsa Herodiana non tam regni, quam regij cordis regina, & filia Salome communibus delicijs, carpento simul vete-  
tū ventitarent, cultu utrumque meretricio, & planè  
alio, quam Regem senescentem iam, & ipsam Herodiam iam annosorem (ut pote Salomes iam saltan-  
tis, & viro maturæ matrem) decret, & oculis plenis  
adulterij (ut loquitur D. Petrus.)

Ornamenta enim certe nimia, & luxus ille vesti-  
um, ferè ubique haec tenus verisimile impudicitiae ar-  
gumentum.

Ouidius datis legibus cultus temperati, subiicit,  
*Cetera lasciva faciunt concede puellæ.*

*Et si quis male vir querit habere virum; id est, luxum  
permite meretricibus, & seminaribus.*

Claudiam Quintam (vel vt alij, Quintiam) ma-  
tronam Romanam, dubia fame fuisse refert Liuius,  
nulla quidem redditu causa; sed Ouidius aperte in-  
dicat, id à cultu nimio maximè illi accidisse.

*Claudia quinta genus Claudio referebat ab alto,  
Ne facies impar nobilitate fuit.*

*Casta quidem, sed non est credita, rumor iniquus  
Laferat, & falsi criminis aetare a est.*

*Cultus, & ornatos variè fuisse capillos,*

*Obfuit, ad rigidos linguaque prompta sonos.*

*Volaterr. lib. 17. comment. urbanorum etiam dicit  
fuisse propter mundiorem cultum, & addit ad por-*

*tan Collinam dextra via strata defossam.*

D. Magdalena idcirco tantum habitam dictam-

que peccatricem quidam opinantur, quod luxu ve-

stium fuerit nimium conspicienda.

Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi. Ludo, ait,  
& admiror veterem Lacedæmoniorum ciuitatem, quæ solis  
meretricibus floridas vestes, & aurum mundum, gestare per-

misi, à probis mulieribus mundi studium auferens, quod solis  
meretricibus se ornare concederet.

Non enim dumtaxat verba ipsa, & voces seu homi-

num

2. Adspc-  
tu,

Cum vi-  
deret cul-  
tum vtri-  
usq; me-  
reticieū;  
*Ouid. lib.  
de arte.*

*Lin. dec. 3.  
lib. 9.*

*Ouid. lib.  
4. Faſt.*

num seu brutorum, earum, quæ sunt in anima, passio  
**Aristot. 1.** num vel conceptionum sunt notæ, sed & ipsi mutu  
 perierint. gestus, actiones, & alia signa permulta, unde & illud  
 Ouid. nunc significare loquuntur.

*Qualis enim unusquisque est, talia loquitur & operatur,*  
 ait Arist.

**Matth. 2.** *Ex abundantia cordis os loquitur, & gestus & cultus*  
 rumpunt. Ipse etiam incessus enunciavit de homine.

Deinde; Forsitan non modò Herodes prodibat  
 comitus ut famina, Herodias ornata ut meretum,  
 sed etiam oscula inuicem publicè in rheda intempe  
 ranter miscebant. Quidni? Solent enim huiusmodi  
**Fortè &** nullo Sacramentali vinculo coniugati, minus pude  
**intempe** ris publicè exhibere, quam quos Deus legitimis na  
**situ oſ** ptijs coniunxit. Publicè enim procari, suauari, & co  
**cula,** tera, nescio quæ agere & pati, nihil illos pudet, que  
 casti coniuges vix inter thalami cortinas ausint.

Ex his autem facilè est cuius mediocriter pruden  
 ti, & emuncte naris homini, diuinare, tam de adulter  
 is, quam de legitime coniugatis.

Sed Baptista noster repletus Spiritu sancto iam et  
 vetero matris sue, ex prudentissimis & nasutissimis fun  
 Ergo, ex cultu virtusque, oculorum inuicem vibrationi  
 bus, & osculis quæ dati inuicem coram se, & acci  
 pi videbat, potuit non difficulter coniectare, legitimo  
 coniugesillos non esse.

Vel; cùm Iohannes fortè in Curiam, ad Regem ve  
 dendi illius cupidum, vel accitus, vel sponte sua (n  
 Philosophi) docendæ regiae familie causa, aut libens  
 regis pædagogum diarium praestiturus venit, cert  
 tus non vacare maxima utilitate, si optimus que  
 que

*Os tenerum pueri balbumque Poeta figurat:*  
*Torquet ab obsecenis iam nunc sermonibus aurem:*

*Mox etiam pellus preceptis formal amicis,*  
**Quod e-** *Affrictus, & inuidia corrector, & ire;*  
**mino** *aut Regi ipsi ac Reginæ, consilia salutaria, p*  
**non de** *claraque exempla daturus, & Euangelium i*  
**decet san** *n po*  
**tos,**

in populis pullulans, etiam in Curia disseminatus, lectione atque expositione scripturarum; tum potuit audisse & vidisse, quæ postea tam distinctè reprehendit.

Quidni? An non & alius aliquis ex priscis illis sanctis viris, nunc huic, nunc illi Domino se vendebat, ut per occasionem seruitij, Christum totis familijs imprimere?

Nam et si tam Iohannes quam Elias prandebit olus patiemer, tamen & adesse aliquando & Regibus vii, licet, in modo & deceat, non ut Aristippi instar, ibi parasitando vincte & laute viuat, bibaturque, sed ut, pro parasito doctorem, monitoremque sincerum ac severum præstet.

Omnia enim cum abunde habeant Potentes, vnu hoc ferre non habent, nempe qui ipsis veru dicar. Ex eremo, ex monasterio est ipsis in Curiam importandum.

Cic. lib. i. off. Præclarè scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus.

Ibid. Homines hominum causa esse genitos, ut ipsi inter se alii prodeesse possent.

Idem lib. 3. de Finibus sub Catonis persona. Cum autem ad tuendos conservandosque homines, hominem natum esse videamus: consentaneum est huic naturæ, ut Sapientis velit gerere & administrare Rempub. id est, aliquid saltem agere, aut aliquid de suo remittere, Recip. bono, ut est, ex Eremo & solitudinis paradiso, in oppidum velut carcерem prodire, ad concionandum, docendum, monendum &c.

Cic. lib. i. off. Vero investigationis studio à rebus agendis abduci, contra officium est.

Quod est contra sedentarios illos quieris suæ affectatores, qui Philosophos ad Rempub. ne accessuros qui dempuant, nisi coactos. Cic. i. off.

Cic. orat. pro Sext. de Epicuro. Sapientem omnia sua causa facere, Rempub. capessere hominem benè sanum non portere.

Id enim est nimium se & sua querere, & philautia illa laborare. Quod nolle, est ni-

Id, est

Imo est a-  
liquando  
necessa-  
rium,

mis phi-  
lauti e. c.  
And. 9.

Id, est cum Liua, de regno lignorum tētata, respo-  
dere; nunquid possum deserere pinguedinem meam, quia  
Dij vtuntur, & homines: & venire, vi inter ligna prom-  
uear?

V. I cum sicu; N. inquit possum deserere dulcedinem  
meam, fructum, ue Juan sumos, vi ire, & inter cetera ligna  
promouear?

Vel cum vite; Numquid possum deserere vinum meum,  
quod laetificat Deum & homines, & inter ligna cetera pro-  
mouear?

Scilicet, ipsorum sensu, Benē qui latuit, benē visu

Ouid.

Nec virit maledicē, qui natus moriensque fefeller. Horat.  
Horat. 1.1. Vide Plutarch. tom. 2. moral. libellus, an benē dictum?  
ep. ep. 17. latenter esse viuendum.

ad scenā. Id est fugitare laborem, sectari umbras & otia, di-  
fritatis torius esse expertem, nulloque sensu frater  
seu boni seu mali tangi.

Id est, instar simulacri muti, in sua quasi basi se-  
per hæcere.

Id est nimis rigidè illud Christi de Magdalena, &  
interpretari; Maria optimam partem elegit, quia non au-  
tur alia ea.

Audiendum nonnunquam & illud eiusdem, Ne  
accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super canthi-  
labrum, ut omnes qui in domo sunt lumen videant.

Baptista igitur noster, fortassis aliquando ex eis  
Eremi paradise egressus, in Curiamque ipsam Her-  
odes, charitate hinc educente & illuc introducente in-  
gressus, ibique aliquot vel horis tantum versatus, ve-  
dere illic potuit Herodem cum Herodiade alter, qui  
maritaliter, & lasciuius (vt tales solent) se getentem  
videre ibi potuit & audire, quæ noluisset; videntes  
Curiam sed merum lupanar, non aulam sed caulan-  
arium & hircorum, vel aram malorum & scelerum  
vel haram ferè dixi porcorum.

Pecatum suum sicut Sodoma prædicauerunt; Herodo-  
dem Herodes, in mensa, coram filia, impudenter o-  
culabatur &c. Itaque oculatus auritusque iam te-  
ad

adulterio similis vita, probabiliter adulteros esse argumentatus est, cuiusque est candidè Regi dicere; Non licet ibi habere eam.

Ita demum ex Eremo erumpere utile est.

Theodoret. l.4 c.34. Isiacius Eremita Valentii Imp. Atriano aliquando ad bellum in Gothos proficisciendi, eremo egressus obcurrit, & frumentum equi tenens, Et contra sanctiss. morum Quo pergit (inquit) qui contra Deum rebellavit, & à Deo de- Jesus est: Hos enim Barbaros contra te excitauit, sicut tu contra Ecclesiam Catholicam, Hereticorum linguas accisti. Cef- sa ergo, & Catholicis Ecclesias redde, vel ex pælio nunquam viuus reuerieris. Dictum factum.

Idem lib. 4.c. 24. Aphrates monachus, cum audisset... hereticos Arianae pestem in cimitare Antiochenam gravari, relieta solitudine, in urbem properauit. ubi cum in ipsum Imp. Valentem incidisset, interrogatus, quid monachus in urbe faceret, respondit, se venisse, ut pro eius oraret imperio, quod quidem, quamdiu lucuit iuxta monasticum morem, in eremo fecit; at si lucuit iuuenacula aliqua in thalamo paternarum ædium sedens, statim ut audiret inferius esse aliquos, qui ignem summitterent, si prudens & prouida esset, huc atque illuc concursaret & flamman extingueret: sic te (inquit) ô Imperator, in domum Dei, quæ est Ecclesia, heretis flamnam immitente, mearum partium esse iudico, priuatæ coniunctionis studijs relitus, incendium hoc, si possum, obpri- mere.

Plato deserrit tantisper Academiæ suæ gymnaſij, in Siciliam ad Dionysium nauigauit, sperans se cōſecuturum, ut Dionysius ageret omnia decretis philosophiar. & ijs quāsi legibus viceretur, eaq; factis repreſentaret, sed Dionysium inuenit instar libri ciuſdam, in quo quæ ſcripta ſunt, rurus expungi ſolent, iam maculis & ſordibus refertum, neque tincturam tyrannidis dimittentem, quam temporis longinquitas impenetrabilem iam, indelebilemque reddiderat.

Si Dioni tamen Plato mansiſſet incognitus, non  
K fuifſet

fuisset Sicilia liberata.

Frequenter, & Sacerdotes pios,<sup>4</sup> & Concionatores doctos in Curijs Regum versari, è re est & Regū & regni, sed Concionatores fortassis magis. Nam esti Sacerdotes bona à Deo non sibi tantum & suis, sed in commune omnibus ciuibus ac Regibus maxime presentur, yndè & honorem ipsis haberi oportet, non ramen illi neque Deum neque Diuos faciunt honorum largitores, sed cùm tales sint, ille natura, illigatio, eos obsecrant; Concionatores autem sancti, aut Philosophi solide Christiani, cum Regibus verlantes, illustiores faciunt eos, moderatores & ad beneficiam propensiores. Quocirca nunquam satis possint honorari.

<sup>3.</sup> Ex ore  
ipius Re-  
gis,

\* 3. Confessione Regis publica, aut consultatione. Notum est, eos, qui vndeque veniebant ad Iohannem baptizandi, solitos fuisse peccata confiteri.

*Et Marc. 1.* Matth. 3. Tunc exhibat ad eam Ierosolyma, & omnis Iudea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabatur ab eis Iordanis, confitentes peccata sua; non modò generatum, sed & speciatim quædam, quæ indicabant & grauissima, peccata, ante baptismum suum quæstum; milites impietas suas, & rusticorum Iohannis, concussions &c. sequutus,

Certè iam olim apud Iudeos erat in vsu quadam confessio licet non qualis nunc nostra, sed publica, cum Pontifex adducebat hircum execrabilem, & ipse confitebatur peccata sua, & populus cum eo, que in hircum omnia transferebantur.

Paulus Palatinus in hunc locum Matth. 3. Nec mihi est incredibile (inquit) multis auditorum Iohannis peccatas sua publicè confessos: Quid enim non faceret, aut non impetraret ab auditoribus sanctitas tunc conspicua Iohannis forsitan iam tam id suadentis, ut sic quoque pararet viam Confessioni paulò post à Christo induendæ?

Qualis qualis confessio illa tunc baptizandorum fuerit, nonnulla certè fuit, ut: grauiter se in Deum posse, vitæque correctionem, & de commissis penitentia-

tentiam profitendo, ut insinuat Hesselius.

Gregorius quoque Nazianzenus insinuat, in pri-  
mitiva Ecclesia aliquam ante baptismum confessio-  
nem premitti soluisse.

Greg. Naz. orat. 40. in sanctum baptismum. Ne pecca-  
tum tuum confiteri graueris, sciens quo pacto Iohannes hap-  
tizauerit: ut per huius vii. e pudorem, futuri seculi pudorem  
ignominiamque fragias (nam hoc quoque sempiterni illius sup-  
plicij part est) ac perfidium facias; it serio aique ex animo  
peccatum odisse, dum illud tamquam contumelia dignum  
traducis, ac velui ludibrio exponis, de eoque triumphum  
agis.

In qua opinione se fuisse satis ostendit Jacobus Bil-  
lius, qui eam orat. latinè vertit, aut certè is, qui notas  
ad eam marginales fecit, cùm ad illa Gregorij verba  
posuit in margine (*Confitebanur baptizandi*.)

Ne vero opinaremur, Gregorium intelligere de  
confessione implicita, id est, ea, qua nos peccatores  
summatim atque vniuersim confitemur, illo ipso fa-  
cto, quo ad Baptismum peccati remedium accedi-  
mus; etiam Nicetas, qui Gregorium pñne paraphras-  
ticè interpretatur, hicvsus est verbo exprimendi, quo  
significari videtur expressa oris confessio. *Ad hæc* (in-  
quit) cum exploratum habeas eos, qui à Iohanne baptiza-  
bantur, id in more possum habuisse, ut peccata sua confieren-  
tur, fac tu quoque peccata tua expromas &c.

Neque tamen idcirco credendum, confessionem il-  
lam, si qua tunc ante baptismum fuit, fuisse partem  
Sacramenti Pœnitentiæ, aut absolutionem, quæ no-  
stræ datur, obtinuisse, non; quoniam Baptismus li-  
quid est ianua Sacramentorum, nec ullum ritus cui-  
quam dispensatur ante Baptismi susceptionem; sed  
fuisse nostræ confessioni Sacramentali similem, tunc  
qua articulare esset & sigillata, tum qua ex contri-  
ctione aut adtritione saltem procedere illum oport-  
ebat, tum denique qua remissionem illorum quo-  
que obtinebat, nō per absolutionem, sed per lotio-  
nem, seu baptismi susceptionem.

**Etiā sua,  
baptizari  
volens,  
confessus  
est,**

**Sed non  
deseruit;**

Herodes ergo Iohannis tamen libens auditor, & qui

auditō eo tamen multa faciebat, forsitan etiam baptisatum ipsius cum ceteris suscipere gesti⁹t, itaque & peccata sua, ceterorum more, maxime adulterij huius cum Herodiade fratri sui Philippi vxore publicē confessus est; sed quod aliter vitam instituere nolle, neque vellet Herodiadē dimittere, meruit fortē baptisatum sibi à Iohanne denegari; vel, si fortē etiam baptizatus est, pactus antē, nōx à Baptismo Herodiadē abaturum, fortē iterum ad Iohannem in deserto concionantem audiendum ausus est cum sua eadem Herodiade, nondum iuxta pactum dimissa redire.

Iohannes igitur obstinatè adulterum esse illum hinc facilē intellexerit, & cum qua, & cuius vxore.

Quid opus Iohanni fuit alio indice, quum habuerit confidentem reum?

Vel fortassis (quidni enim in re tamen dubia sēpē dicam fortassis?) nobis aliquando alia ex alijs diuinanda, vti & in sequentibus, cum de Herodiadē infidili⁹ agendum erit; fortassis inquam & ipse Herodes furijs scelerum suorum agitatus, ad Iohannem, ut maximum tunc Casuum Conscientia Doctorem venat, proponens pleraque mala sua, & inter cetera adulterium hoc suum, & cum qua, & cuius vxore, & quomodo per dolum abrepta &c. & quārens, an in eo perseverans saluus esse non possit, ac tūm Iohannem respondens, dixerit priuatim, Non licet tibi &c. perīfī ni Herodiadē dimiseris.

Quidni nostrum hoc fortassis hic admittatur? Multi enim sānē alij ita ad Iohannem consulendū accelerunt, cūm de securi ad radicem posita, & semper in ignibus sermonem habuisset.

Luc. 3. Interrogabant eum turba, dicentes: Quid ergo sāciemus? Respondens autem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habentis, &c.

Venerunt autem & Publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis faciat⁹s.

Inter.

Interrogabant autem eum & milites dicentes : *Quid faciemus & nos ? Et ait illis: Neminem concuciat, neque calumniam faciat: & contenti estoate stipendijs vestris.*

*Quidni & Herodem etiam sic ad illum accessisse opinemur, multa de multis, ex illo Nauarris omnibus doctiote Casuita, quærentem & consulentem?*

Nam quandò tandem, aut vbi, potuit Iohannes Herodem de omnibus eius malis arguere, ut fecisse dicit Euangelista? vbi, & quando potuit Iohannem Herodes tam scèpè & tam libenter audisse: vbi, & quandò potuit tam multa ex eo didicisse, quæ auditio eo faciebat (que omnia autores habent Euangelistas) cùm tamen sola adulterij distincta & expressa reprehensio memoretur, si non Herodes aliquando (sicut nunc diximus) cum Iohanne, de casibus & crucibus Conscientiae tuæ, consultarit? Egò certè arbitror consultasse.

Iohannes ergò hac quoque via, potuit adulterium hoc, & omnes eius circumstantias, & cætera Herodis scelera didicisse, vt sic tam distinctè deinde de omnibus priuatim publiceque loqueretur.

Sed aīs, non decuisse nec potuisse Iohannem, quæ hac via cognosset, publicare.

Respondeo, publicam fuisse illius temporis confessionem ut antè dixi. Iohannem itaque nil nisi in iam publicata & nondū emendata, rectè declamafse.

Item: Eum qui rem vnam duplīcē via cognorit, nempè Consultationis sub bona fidei sigillo, vel Confessionis etiam Sacramentalis; & deinde etiam via Publicæ confessionis, posse de re illa, nulla neque confessionis, neque confessi iniuria, loqui tota libertate, de ut re alia quacunque.

Item: Herodem cùm ex Iohanne multa de se dicere, quæreret; fidem silentij non postulasse.

Quod vi-  
timū etiā  
valdēpro-  
babile.

**4. Delati-**  
**one pri-**  
**uata,**

\* 4. *Delatione priuata vnius boni viri , vel paucorum.*

**Vel Phi-**  
**lippi fra-**  
**tris,**

**Vel vxoris**  
**iam ab**  
**Herode**  
**repudia-**  
**tz.**

**Vel cuius-**  
**eung; viri**  
**boni, a-**  
**pud Bap-**  
**tifiam de**  
**Rege co-**  
**queretis.**

Forsitan vir bonus quispiam è multis vnum (& quis scit, an non Philippus ipse, vim hic a fratre passus est forte prima vxori, quā scleustus ob pellicē vrām repudiariat?) ad Iohannem venit, scelerum omnium, & maximè adulterij huius fidelis narrator, cui Iohannes fuerit benevolus & attentus tanti ponderis rerum auditor.

Quis scit, an non ita ille ad Iohannem? Ah! Pater sancte, quam nūc omnia pessum eunt! quanta toro Galilææ regno morum corruptelat *planta pedis* & que ad verticem non est in eo saniitas.

Quomodo enim aliter accidat? Nā etiā ipse Rex noster Herodes, manifestarius est adulteri, & quidem proh pudor! cūm coniugata: cum affini, cūm uxore scilicet fratri sui Philippi Herodiade, exemplo sanè pessimo. Res enim adeò publica est, ut vel pueruli in officinis de eo garriant & passim cantillent.

Neque ea res in Dei offensa, & infirmiorum scandalo conquiescit; eriam ea res in regni, nostrique rūnam, & meram oppressionem euadit.

Tributa scilicet tributis idcirco adiunguntur, implicantur, extorquentur.

Illam enim Herodiadem, & filiam eius Salomonam domi Rex habet in deliciis, ut in luxum coniugiorum prolixorum, & quotidie reperitorum, in ludiones, in cytharædos, in choreas, in Carus nihil possit esse possit. Indicas aurifodinas ea vita possit exbarire.

**Psal. 44.** Procedit adultera quotidie in vestitu deaurato. quotidiie nouo; circumamicta varietatibus &c. filia eius circum ornata ut similitudo templi. In luxum, illum quasi in baratrum, tributa quæ pendimus, totumque ærarium inexplicabiliter effunduntur. Succedunt intermixti exactiones exactiōibus, nostris non parcent.

qui sic profundunt sua, nec finis sua profundendi, sic  
semper sperantibus aliena.

Milites interim, quibus dixisti, ut viuerent conten-  
tissimis suis, neminem concuterent, nulli calumniam fa-  
cerent, Deus bone! ut nos habent! ut concurtiunt! ut  
deuorant!

Nam qui aliter? Stipendia illis nulla. Omne enim,  
quod ex tributis aurum, in stipendia militiae Martis  
colligitur, in stipendia militiae impuræ Veneris, dissipa-  
tur. Dùm miles esurit, Herodes cum illis sanguis-  
gis suis & nostris ebrios eff.

Militem interim quis fame mori iustum putet? In  
nos supra tributa omne nutriendi quoque militis o-  
nus, viribus certè nostris grauius, recumbit; liberis in-  
terioris nostris quotidie in agro sudantibus, & fame  
monentibus. Ahi pater mi, pater mi, currus Israel & auri-  
ga eius!

Nec de his quidem securè cuiquam nostrum licet  
vel verbulo mussitare, meru tyranni, cui nihil plus  
est cinctum, quam pullum trucidare! O quot ille iam  
innocentum mortibus habet cruentatas manus!  
Palsim cruces, passim rotæ; passim dissecta innocentium  
membra pendent tabo fluentia.

Pater mi, currus Israel & auriga eius, & Regni & Regis  
misere. Si quid potes (potes verò multum) adiuua nos,  
& Regem, & Regnum.

Regem, ut illum adulterij adeò publici, vel clam  
vel palam pro tua ingenua tam prudentia, quam di-  
cendi in virtuosos omnes libertate & iure) corripi-  
as, ne ipse, & gens tota, tanto impudicitiae exemplo,  
pereat.

Regnum, ut porrò desinat Rex regere illud in virga  
ferrea, aut cædere scorpionibus; incipiat vel tandem  
regre in virga filiorum; temperet a tributis adeò gra-  
vibus exigendis; militi aut fame morituro, aut nostra  
inedia victuto, stipendia deinceps nameret; a cædibus  
& nobilium & innocentis plebeculæ abstineat; red-  
dat denique quam obpresit libertatem. Sivis, po-  
tēs.

Hæc vñus potes, aut nullus.

Vides enim quam te iā & libenter audiat, & quam multa te auditio faciat.

Eia Sancte pater, etiā hic nostri misericordia, hic ostende & quām benē plebi velis, & apud Regem quid possis. Hic demum ostendanda potentia est.

Hæc & similia, vel vir quispiam bonus, vel multi, vel Philippus Rex, vel prior Herodis vxor, apud Iohannem dicere portuerunt.

An ali-  
quando  
liceat vni  
de prox-  
imo male  
loqui, &  
alteri au-  
dire,

Neque tamen narrator, neque auditor turpitudi-  
nis alienæ, peccauerunt, quoniam vterque Iohannes/zelo charitatis & correctionis Herodis, ille  
dixit, iste audierunt.

Non enim semper in vitio est, qui de proximi vitis  
vel narrat vel aufultat.

Fuunt enim quædam in speciem mala, tamen  
benē, & magno merito, vt contra sāpē fuunt bona  
male, vel cum peccato, vel nullo merito.

*§ 1. Cui dicatur;*  
Videndum  
enim hic

*§ 2. Qua fini.*

\* 1. *Cui dicatur*, An ei qui mederi velit, aut possit, ut  
enim, nisi aliundē actus ille virietur, potius fieri vide-  
tur cum merito, quām cum peccato.

\* 2. *Qua fini*, an

*§ 1. Infamandi;*

*§ 2. Consolandi;*

*§ 3. Corrigendi,*

\* 1. *Infamandi*, & detrahendi, vel ex odio, vel ex in-  
uidia, vel ex maledicentia mera; tūm enim grau-  
ter, & ferē immedicabiliter, in charitatem pecca-  
tur.

\* 2. *Consolandi sui*, vel animi leuitate, vel lingue  
mobilitate; tūm pro qualitate dictorum, grauium vel  
leuiculorum, vel grauius, vel lenius peccatur.

\* 3. *Corrigendi errantem*, & seruato ordine; tūm  
id gratiam habet, si non apud homines, certe &  
pud Deum; quo fine, qui de Herode apud Iohannem,  
quæ supra diximus, dixerit, dixisse credibile est, vt iēgo  
nuper

nuper Romæ apud Paulum V. multa & grauia eadem fini.

Et profecto, expedit omnino aliquos esse, qui hoc studio vitia Reipublicæ ad Censores & correctores **Consiliū Ecclesiastas** deferant, ipsosq; Ecclesiastas nonnunquam ex alijs oportet seiscitari, quæ vitia in illis aut vrbibus aut locis regnent, in quibus Conciones sunt habituri, quum ubique ipsi ad resuscenda & spectanda oculis omnia præfentes esse non possint, ut singulis quibusq; locis congrua importet argumenta, quasi medicamenta.

*Sanctus quisque Prædicator prius in Auditorib; suis qualitatem vite considerat, & tunc demum ad erudiendum cōgruam vocem Prædicationis format. Non enim una eadē D.Gregor. que cunctis exhortatio conuenit: quia nec cunctos par morum qualitas adstringit, ait prudentissimè Gregorius. Tob.38.*

*Quis dedit.*

**Eccl. II.** *Priusquam interroges, ne vituperes quemquā: gallo in- & cum interrogaueris; corripe iustē; Cum interrogaueris, telligenti- inquit, corripe, & quidem iustē, id est vel seuerē nulli am- parens, vel cum moderamine inculpatæ censuræ.*

Nisi enim vel bonus quispiam vitia maximè reprehendenda sponte deferat, vel ipse Concionator diligenter illa exploret, pugnabit sàpè quasi in incertū, & quasi aerem verberans, cum in vita declamabit.

Taxabit illuc incognita scelera, notissima & visita- tissima silentio præterbit. Notabit auaricia prodigos, auaros prodigalitatis &c. adpinget fluctibus aprum, *Horat. in arte.*

Ut institoris est, scire, quæ quibus locis & nundinis optimè vendantur; alioqui enim frustra, in Iudeam aut ad Iudeos ager venales porcorum greges, quibus Iudæi omnino non vescuntur; aut tinturas, & peregrinos cultus Lacedæmonem inuher; cum Lacedæmonie nulle, præter meretrices, fœminæ illis vrantur; sic ante omnia fuerit prudens Ecclesiastæ, nō siccæ, quæ in quibus locis peccata vigeant, nisi velit sàpè Sodomis in Simoniam otiosè declamare, prætermis- sis non nominandis Sodomorum turpitudinibus; I-

rosolymis verò, in confessu Sacerdotum templi Salomonis agens, omissa Simonia & columbarum facti venditione, Sodomiam, quæ ibi nulla sit, irritis contibus flagellare; aut Spartæ, vbi nulla sunt adulteria, in adulteros multa & lèpè dicere &c.

*Vt Non omnis fert omnia tellus mercimonia; sic ne peccata.*

Pro morborum, aut ulcerum varietate, variis medicamentorum necessaria, ne uno collyno, (quod prouerbio dicitur) omnium æquè oculi inungantur. Sed de his satis. Vt autem demus eos, qui apud hominem ita de Herode loqui sunt, detrahendi imaginam corrugandi studio, loquutos; non idem tam Iohannes illorum auditor culpandus, qui scilicet auctor dierit, studio aliquando opportuni corripiendi Reges & corrigendi, & malum benè bonus acceperit. Similia datum, dextra exceptit.

Sed & notandum, quamquam calumnia contumaciam sapientem, & malorum non infimum est detractione, sparsio vocum in vulgum ambiguarum de vita proximorum, maximè eorum qui nobis imperant; Deutamen sapientissimè magnum illud malum esse posse mittere, illoque virtu optime, ut sic multis aliqui logie extra officij aut ordinis sui metas progeslitos, metus linguarum maleficarum & malorum farar contineant, vel iam terminis egresios, egredi compellantur, velut redigat in ordinem, Concionatoribus hinc occasionem in personas infames publicè declamantibus arripientibus.

Morborum enim corporis, cum multa sint remedia; morborum animi, ynam & pñne solum est, otia

*Plut. trah. libera.*

*de militate ab ini-  
micis capienda.* Diogenes, sensu meo, non male, quum aiebat, non esse homini, aut fido amicis, aut acribus inimicis, quodammodo fidi amici moneant liberè & candidè, inimici acris darguant & reptahendant, virtutemq; nihilominusque autam emendandi sui, præbeant. *Ex Plut. & Lært. Diog.*

*Laert. l. 6. de vir. Philos.* Cic. in Lælio. Scitum est illud Catois. Multo melius quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui deinde

*Videantur: illos verum sèpè dicere, hos nunquam.*

*Et ab ini-  
mico plus  
quam ab  
latrator*

*Is canis fortassis Domino suo commodior, qui sa-  
pissimè temerè, in amicos æquè vt inimicos latrat, dulat or  
quam qui semper mutus sit, & silentio suo familiae  
proditor: commodior rursus, qui somnos Domini  
non rati vanis latratis interturbat, quam qui nū-  
quam ne Caco quidem ipso domum suffodiente, & a-  
uersos boves in suum antrum pertrahente; sic inimi-  
cus & Momus, nihil non mordens & carpens, mihi  
vilius, quam blandissimus quisque amicorum, nihil  
non laudans aut dissimulans.*

*Amydas silentium perdidit, quibus plus profectò  
prosuisset, semper vti priùs, frustra ciues ad arma pa-  
nicis terroribus & clamoribus vanis, quasi hoste portis  
imminente, citari, quam dum omnis nulla certa  
causa clamor editio prohibetur, ne tum quidem clamatum  
ad arma fuisse, quum iam verè victor hostis  
intrabat.*

Theopompus itaque prudentissimè constituerat,  
qui sibi in agendis studiosè contradiceret, qualē nos  
gallicē (contrôleur) appellemus. *Valerius Maximus* li.  
4. cap. 1.

Horatius in arre etiam admonet Poëtas, versus  
nouiter tornatos, sincero, rigidoque Censori, & a-  
mico vero (vt Quintilio) ante editionem ostendere,  
qui inexorabiliter iubeat malè tornatos incūd reddere  
versus.

Qui Rhetoricen Ecclesiasticam tradunt, iubet no- *Ludou.*  
rum Oratorem, sibi amicū fidum constituere audi- *Granat. in*  
torem, inspectorem, & seuerum censorem, *Rhet.*  
cuius admonitu corrigat, si quid diçendo pec-  
cat.

Philippus Macedo Alexandri Magni pater, a-  
cutè, quid detractio, aut sinistrior de Regibus ser-  
mo, ipsi profit, vidit, qui suos seu detractores seu  
obloquatores, suos ad Virtutem adiutores appellati-  
bat.

\* 5. *Publica vulgifama*, qd videri cuiq; possit verisimi-  
lius. Credibile, vitia Herodis etiā interiora deserti, & *Publica*  
*vulgi fa-*  
*sylvas ma.*

sylvas Eremi ipsius Baptistæ , fama perferente , pes  
san

*Virgil. 4.*  
*Aeneid.*

Fama malum, quo non aliud velocius vultum,  
Mobilitate viget, viresque adquirit eundo;  
Parva metu primo, mox se attollit in auras,  
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit,

— pedibus celer, & perniciibus alii;  
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore p  
unus,

Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)

Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures,  
Notte, volat cali medio terra que, per umbram

Stridens, nec dulci declinat lumina famo.

Luce sedet custos, aut summi culmine testi,  
Turribus aut altis, & magnas territas urbes,  
Tam fifti prauique tenax, quam nuntia veri.

Hac iùm multiplici populos sermone replebat  
Gaudens, & priter facta atque infetta canebat.

Veteres per Pegatum, celeste celebrèq; illū Bellw  
phōris equū, pāne aligerū, & velut alatis pedibus  
terrīmē aera peroulitatem, citatissimum fame cat  
sum intellexere.

Vix hodiè Herodes Herodiadem raptam in Regi  
adduxerat, & ecce crastino in ore est iam omni popo  
lo, ipsi sinapis emtores pueruli, adeò rumore illi  
adulterij pleni sunt, ut passim eructent.

Turba Publicanorum, Militum, Phariseorum  
populorum, ad ripam Iordanis expectantes, dum lo  
hannes, è cauerna sua, vel concionatorus vel baptis  
turus prodeat, tam frequenter clareque de Herode  
& Herodiade murmurant, vt reboet ipsa speluncæ  
moribus; vt Echo ipsa in Iohannis antrum clamans  
renuntiet; vt Iohannes prodiens, & per medium tu  
Ordinum turbam in suggestum procedens, mosis  
his, modò ex illis, vel nolens exaudiat, Herodem  
Herodiade, quondam fratis sui Philippi uxore, fa  
dulenter abrepta, commisceri &c.

Fallor? alia enim Regum, alia plebeculae peccati  
accidunt, Auditores, alia omnino, quorum aspectu

sanc

sancitissimos illos esse oporteret.

## III.

*Quæ singulariter peccatis Potentiorum accident.*

*Peccatis  
potentio-*

Omnia enim & vndique circumspicienti milii, obcur- rum acci-  
runt quinque notatu dignissima, que potentiorum dant quia  
peccatis accident, quorum singula debeat ipsos ve- que.  
hementer in officio continere.

- Peccata po-  
tentiorū ferē  
1. Grauiora censemur;  
2. In Deum magis redundant;  
3. Grauioris contagionē;  
4. Diuiniioris memoriae;  
5. Notiora.

*rum acci-*  
*dant quia  
peccatis  
que.*

\* 1. Grauiora censemur, vbi cætera sunt paria.  
Stoicorum enim, qui peccata omnia paria adfirmant,  
iampridem Christianorum scholis explosa senten-  
tia est.

Ille recepta est, quæ dicit, *Ad granat Ordo, Locū, Pec-*

*rum acci-*  
*1. Ut gra-*  
*uiora cem*  
*seantur*  
*peccatis*  
*caterorū,*

*cata, scienzia, Tempus.*

D. Gregor. *Quo statu altior, hoc casus grauior.*

*Omne animi ruuum tanto confectius in e*

*Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.*

Plinius (ec. ep. 87, libr. 2. *V*: que in corporib; sic in im-

*perio grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur.*

D. Greg homil. 17. in c. 10. *Luc. Nullum puto fratris*  
*carissimi ab alijs matut. præiudicium, quam à sacerdotibus*  
*(& Potentibus) colerat Deus, quando, eos quos ad aliorum*  
*correctionē posuit, dare de se exempla prauitatis cernit; quan-*

*do ipso peccamus, qui compescere peccata debuimus.*

Ut Musican professo, & Chorago seu Cantorum

rectori, errare, & cacophonia peccare, turpisimum;

ita Principi seu factorum seu murorum cuicunq; ne-

quiet vivere, intolerabile.

Quam turpe obijci, sicut tenebre eius, ita & lumen

eius? Vel scilicet populus, sic Sacerdos?

Sil lumen quod in te est, tenebre sunt; ipsæ tenebre quan-

ter erunt:

\* 2. In Deum magis redundant. Populus enim cum in 1. In Deum

Deum

*magis re-* Deum grauiter & crebro blasphemat, qui tales vel  
*torquean-* derit Principes vel diutius ferat.  
*sw.*

Vbi oculus ille, & auris celi, videns audiensq; on-  
 nia? inquit. Vbi erat tum Dei sapientia, vbi sensus ei-  
 cum hunc adulterum, paricidam &c. euexit ad reg-  
 num? quid cogitabat? &c.

Vbi verò etiam nunc eius prouidentia? vbi Iustitia?  
 Adspicit hæc? si adspicit, cur tam diu, tam æquis ec-  
 lis? An Bonus, qui punire hæc, si possit, nolit? An Os-  
 nipotens, qui deturbare de solio, & perdere scelestus  
 si velit, non possit? & mille eiusmodi.

Princeps eius iniquè agunt, & nomen meum tota die bla-  
 phematur. Isai.

**2. Reg. 12.** Blasphemare fecisti inimicos Domini, ait Nathan  
 Daudem, postquam adulterium homicidio cum  
 lässe.

Blasphemare tum ita illi potuere; Itane? talefet  
 iam esse Reges lex illa diuina, per Moysen data, po-  
 mittit?

**3. Reg.** Hoccine est *iuss Regis* etiam in populo illo Dei,  
 alienis toris insidiari? &c.

Et verò quorundam deiici Saulem, & succederet mo-  
 lo deterior? Loripedi truncus, & lusco excus? ut etiam  
 prou.

**3. Gratuo-** \* 3 *Grauioris contagionis*. Vitia enim priuatorum, mor-  
 ris sunt in magistratu autem postorum, pestes.  
**ris fint**  
**contagii** Quecumq; in ipsis vel affectio, aut mutatio exis-  
 tit; eadem mox in toto populo consequetur.

Cic. lib. 3. de Legibus, *Non solum vitia concipiuntur*,  
*sed ea infundunt in ciuitatem.*  
 Plus exemplo, quam peccato ipso peccant.

Est sc. Regum simia populus, & quasi parasitus. Re-  
 si dixerit astus, sudant.

Cic. 2. de Legibus, *Ego nobilium vita vici que ma-  
 more mutari ciuitates puto, plures exemplo, quam pecc-  
 nocent.*

Item 3. de Leg. *Nec enim tantum mali est peccare pri-  
 cipes (quamquam est hoc magnum per se ipsum malum) quo-  
 tum illud, quod permuli imitatores Principum existim-*

Vt eryngium herbam aiunt, si vna capella in os sumat, ipsam primum, mox tortum gregem subsistere, donec accedens pastor eam ori eximat; ita cum Virtus aut Vitium, in principem incidit, multis est populo per illum vnum, illa prodest, illud nocet, vtrumq; transiotione.

Tu rapere intactas docuisti impunè Sabinas,

Perse nunc Roma quidlibet audet amor, ait Proper-  
tius, Romulum alloquens.

Chabrias Atheniensium Dux, terribiliorem esse exercitum ceruorum, Leone duce, quam Leonum, duce ceruo pronuntiavit, & iure quidem; mihi certe etiam Relp. quamlibet exlex, sub Principe bono, vindicetur futura melior, quam sub malo.

Non videtis, vt quiuis est populo, mox ut nouum aut ornamenti, aut vestimenti, aut saltandi genus, ab Auxiliis & nobilioribus aliquod repertum est, crastinò immitetur, & sic se comat, sic choreas agat.

Cyrus itaq; præclarè apud Xenophontem, qui ex-  
istimabat, nullis legibus incitare se posse melius suos  
ad Virtutis studia, quam si se ipse præ omnibus virtu-  
te egregie otnatum exhibere parentibus niteretur. A-  
nimaduertere. n. se dicebat, meliores quidem fieri ho-  
mines per scriptas etiam leges; at bonum Principem,  
oculatam legem hominibus esse quippe qui ipsos fa-  
cillimè & temperantes efficere, & intemperatè viue-  
tes notare, castrigareque posset. Ac proinde dabant operam,  
vt quæ ad Diuorū cultū spectarēt, ea imprimis  
ipse cura sibi esse ostenderet; & quæ sequuntur apud e-  
undem alla, quib; suis prælucebat Cyr; virtute exēplo.

\* 4. Diuini oris memoria. Odium n. ipsorum sacerdotum  
traditur.

Seneca. li. 1. de Clementia. Quemadmodum Domini  
cruelles tota ciuitate monstrantur, iniuriantq; & detestabiles sunt; ita Regum iniuria latius patet, & infamia, & a-  
diam seculis traditur.

Scribant in marmore lèsi, non plumbi tantum lami-  
na; & stylo quidem ferreo, quod

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Ouid. in fin-  
Quadrinectis post annis recēsent, qua fecit Amalech. ne Metta.

*Propertius  
li. 2. eleg.*

*Xenopho-  
nifit.*

*4. Diutur-  
nio ris me  
moriz;*

*Ouid. in fin-*

Vnde (putatis) tanta tamq; diurna belli nostrani incendia, vt extinguui toro pñne sñculo non possum semi extincta retardescant?

In magnis scilicet, & a magnis, lñsirebus, vires  
mus, iactant tam qui illarum sunt partium, quamq;  
istiarum.

s. Et fiant \* 5. Notiora. Ut pro sit alijs istud obseruare. Si non  
mag s flè, saltem cani è; certè, aut nihil, aut valde parum po-  
publica, tentes iuu erit delinquentes.

Nihil opertum quod non reueletur, maximè potest  
experiuntur.

Vt in ima etiam abyssō crepitum ventris edidet  
ipsa tandem accusatrix bulla emerget.

Etsi in fornicē, & in sacco (vt auunt) peccauerit  
quāqua tandem patet tamen ignominia.

Principum virtus mirè conspicua,

Perlucet omne regiæ viuum domus, ait Clytemnestra  
apud Senecam.

Senec.in Plinius in panegyrico Traiani. Habet hoc primus  
Agamem magna fortuna, quod nihil teatum, nihil occultum esse pa-  
tur: principum vero non modo domos, sed cubicula ipsa, n  
timo que secessus recludit: omniaque arcana noscenda sum  
proponit, atque explicat.

Cic. lib. 2. off. Si quis, ab ineunte ætate, habet casus  
celebrius & nominis, aut à patre acceptam... aut aliquo  
casu atque fortuna: in hunc oculi omnium coniunctione, atq;  
in eo quid agat, quem admodum vivat, inquiritur: & tanquam  
in clarissima luce versetur, it nullum obscurum potest, n  
dictum eius esse, nec factum.

Plutarch. tom. 2. moral. tract. de Reip. gerendis  
præceptis. Qui Republicam gerunt, nō ijs tantum de pub-  
licè dicitur factusque ratio est reddenda, sed & in canam e-  
rum inquiritur, & cubile, & maiusonum, & quidquid  
serijs iocine agunt.

Ipsi. Curiæ sūx parietes, oculos, aures, & linguis  
contra ipsos habent.

Vt Solis Lunæque, maiorum scilicet Cœli lumina-  
rium labores, affectiones, ortus, occasus, eclipses,  
aut tenebras inusitatas, pallorem aut ruborem infor-

tum, mox lippi & lusci percipiunt; sic mox popellus  
vitia Principum.

Aliqua vna è stellis communibus illis vel non lu-  
cet, vel è cœlo cadere videtur: vix quisquam atten-  
dit. Aliqui è plebe peccat? nemo vel cantillo aestimat.  
Peccat Princeps? omnes sciunt, atque exaggerant. E  
musca faciunt elephantem; è gobiunculis, grandia  
cære.

Quam multis putatis fuisse & notam, & miran-  
dam, vel illam Solis sub Iosue longiorem solito sta-  
tionem; vel illam sub Achaz retrocessionem; vel il-  
lam sub Christo moriente eiusdem obtenebrationem?  
Tam multivita Principum intelligunt, & obstupef-  
cunt.

*Non potest, non potest cluitas abscondi supra mon-  
tem posse, ut sunt Montes nostri in Hannonia, aut ur-  
becula Radicophani in Italiam &c.*

Cypresi scilicet in montibus, non potius, quam  
myrice in vallibus conspiciantur?

Nonne Reges velut cupressi in montibus, spectabi-  
les vniuersis; plebeculae velut myrice in vallibus?

Ita illitoto capite supereminunt populo, tantum-  
que extant;

*Quam rara lenta solent inter viburna cypresi.*

*Iraqi, non eadem vulgo sive decim, & luminarenum.* Virgil.  
*bucol.*

1. *Quod frequens de ipsis vltro citroque  
habetur sermo, inquirendo, nar-  
tando &c. Iraq; sspè alia quaerun-  
tur, alia inopinatè de alijs dicun-  
tur, & discuntur;*
2. *Quod eorum saltamullos attingunt;*
3. *Quod varijs ex varijs Provincijs & re-  
gnis ad ipsos, ob causas varias, acce-  
dunt, & quæ in ipsis vel ipsi vide-  
runt, vel ex alijs de ipsis audierûr,  
ad suos quisq; vr res nouas & pe-  
rigrinationis fuæ testes, libenter  
perferunt.*
4. *Quod multorum iuidie patent. Omnia  
enim*

L

Hinc autem  
vulgò innote-  
scunt peccata  
principi, vel

enim summa petit liuor. Inuidis-  
tem malum oculatissimum, & ca-  
cifissimum, faēta atq; infecta  
ligentissimē renunciat.

5. quod ferē mulcos ubi iratos habent  
delicta vel iure vel iniuria castig-  
Irati enim ob multam, vt se-  
soluant, crebrō aut calumnij, ni-  
veris criminibus Iudices suos ca-  
rant, & ægrorum freneticou-  
star, medicos suos morsibus di-  
cerant.

6. quod quidam eō etiam inquirunt  
vitijs dominorū liuorū, vt suis  
qué indē prætextum aueperant.

Ne barbitonfor quidem ipsius Mydæ Lydotū ha-  
gis, de auribus eius asinini potuit conticescere, quod  
in scrobum de illis immutmuraret; ac ne arundo quod  
dem ibidem paulò post nata, & in fistulam à bubulo  
aptata, quoties enim illam bubulus inflabat, ocellus  
quid suauē de Amaryllide sua, vt sperbat, re-  
dituram, toties illa inexpectatissimam illam can-  
nam cantabat, *Auriculas asini* Midas habet.

Nihil s. tam occultum, tamq; opertum in Regu-  
lūcescūt gestis, quod non reueletur.  
autem in Minimè verò omnium, Libidines ipsorum lat-  
primis Po possunt, quamlibet occultis fornicibus se abdat po-  
tentum caturi, quamlibet dicant, cū vieti illis Susannæ po-  
libidines. cis, osīa pomerij clausa sunt, & nemo nos videt.

Stobæus ser. de Intemperantia. Nec ignem resili-  
to occulere possibile esse dicebat Socrates, nec scartatum  
fædum peccatum, tempore.

Principibus nihil suaserit, qui suaserit si non cul-  
saltē causē; Ipsi enim & castē & causē viuendū est,  
que ab omni specie mali abstinentum.

Claudianus profectō sanctissimē; Hoc te premit  
Claudian. crebro sermone monebo,  
de 4. Con- Vt te, totius medio Telluris in orbe,  
futatu Ho- Viuere cognoscas, cunctis tua Gensibus esse  
uerij,

Facta palam, Nec Posse Dari Regali-  
bus VSQVAM

SECRETVM VITIIS. Nam lux altissima fati  
Occultum nihil esse pni; la ebrasque per omnes  
Intra, & abstrusos explorat fantascessus,  
Hoc igitur Regum Magnatumque peccatis acci-  
dunt Auditores, & quidem bono sanè ipsorum maxi-  
mè, vt, vel saltem infamia meru, à sceleribus perpe-  
trandis auocentur, qui se supra leges, & legum poenæ  
putant.

(Plutarch. enim tom. 2. moral. tractat. an rectè di-  
ctum sit, latenter esse viendum; Ego inquit, sanè di-  
cere non verear, ne si male quidem vixeris, dandam tibi o-  
peram esse, vi lateas, imò innotescere, redi ad sanitatem, cor-  
rige peccatum. Siue virtus tibi adest, noli esse inutilis; siue  
vuum, noli negligere medicinam.)

Quid igitur mirandum, Baptistam etiam inter so-  
litudines, tam singillatim scilicet Herodis adulterium,  
& cum cuius uxore, & cuius nominis, nec non cætera  
omnia eius mala, quorum illū arguebat? Fama enim  
quædam publica, illorum omnium nuntia, ad ipsum  
quoque, vt ad reliquos omnes, peruenierat.

Vna igitur ex his via, vel his omnibus simul, factus  
certior ficeretur Herodis Baptista, non vobis videtur  
iure, magna libertate dixisse, Non licet tibi habere uxore  
fratrum?

## E C H O

## CONCIONIS VII.

THEMA. Dicebat enim Iohannes Herodi: Non li-  
ceri tibi habere uxorem fratris tui. Marci. 6. Mat-  
thæi 14.

Facta repetitione vñitata, sic propositum;

- 1. Adulterium quid sit, & quā  
grauē peccatum;
- 2. Quām aduersetur Matrimonij  
bono;
- 3. Vter in adulterio peccaris grauē  
ns, Herodesne an Herodias. AVE.  
L. 2. I. adde.

Dicendum hodiē  
mihi